Nicolaus Damascenus, familiaris Herodis Judæorum Regis, & Augusti Cæsaris, Philosophus Peripateticus, aut Platonicus. Scripsit Historiam universalem Libris 80. & Vita Cæsaris Institutionem. Cæsar autem ipsum adeo complectebatur, tantique faciebat, ut Placentas mellitas ab ipso ad Cæsarem missas, Nicolaos vocaret. Hoc autem ad huac usque diem permanet. Scripsit etiam de sua Vita, & educatione. Hic Nicolaus Damascenus in reliquis Disciplinis educatus, quod & ipsius Pater his maximè studuisset, postquam hinc & opes, & gloria accesserunt, & opibus, & gloria est auctus, hanc etiam multo magis auxit, quod inenarrabili quodam ejus amore correptus flagraret. Præcipuè vero quod ingenio non malo præditus esset, adeout, antequam barbatus esset, in Patria celebris esset, & suis æqualibus præstaret. Nam & in Arte grammatica, nemine fuit inferior, nec ullo alio in ea minus exercitatus fuit, & in omni poetices parte fuit versatus, & ipse Tragœdias, & Comœdias probatas, atque laudabiles faciebat. Postea vero Studium hoc, & facultatem istam una cum ætate auxit. Rhetorica etiam, & Musica, & Mathematum contemplationi, & universæ Philosophiæ sedulam operam dedit. Æmulator enim Aristotelis factus, & varietatem doctrinæ illius Viri amplexus, eamque vehementer amans, dicebat subinde se disciplinis omnibus habere gratiam, quod multam quidem ingenuitatem, multam etiam utilitatem haberent ad Vitam liberaliter, honesto, magnoque cum fructu degendam. In primis vero quod magnum oblectamentum, & voluptatem haberent, & ad Juventutem, & ad Senectutem commodius traduceadam. Dicebat etiam præterea, Musas a Theologis multas tradi, quia Disciplinæ magnam habent varietatem, & ad omnem Vitam usum sunt accommodata, neque peritiam earum, neque defectum, idest imperitiam earum sordidarum Artium, peritiæ, vel imperitiæ similem esse putabat. Sed contra, mediocriter divenitibus hominibus, & harum ignorationem, & sordidarum artium scientiam ignominiosam esse ducebat. Hic tamen nulla disciplina ad pecuniam parandam, & quæstum faciendum est usus, nec suam doctrinam est cauponatus. Nicolaus etiam dicebat universam eruditionem peregrinationi similem esse. Quemadmodum etenim in hac accidit peregrinantibus, & longum iter facientibus, ut alicubi quidem ad hospitium divertant, & tantum pernoctent, alicubi verè prandeant, alicubi etiam plures dies commorentur, & quædam loca obiter contemplentur, reversi verò in suis ædibus habitent, sic etiam per universam disciplinam pervagantibus, in nonnullis quidam studijs diutius immorandum, in nonnullis verò brevius, & quædam integra, quædam ex parte, quorundam verò rudimenta tantùm assumenda, & eorum utilitate retenta, in veræ patriam domum reversis philosophandum esse dicebat.

NICCOLA DRVMEO.

Nacque Niccola Drumeo in Bruge Città di Fiandra. Poetò in Lingua Greca, e diversi Epigrammi leggonsi di lui.

NICCOLA GALLOTO.

Niccola Galloto, oltr'essere stato buon Filosofo, e Rettorico, fu Poeta Greco, e di lui appajono alcuni Componimenti.

NICCOLA GVLONIO.

Più Epigrammi Greci in diversi Libri hò veduto di questo Niccolà Gulonio, di cui altra notizia non hò trovato, che quella solamente, ch'e' insegnò Lettere Greche ne' Regali Studi di Parigi. Fu Amico, e coetaneo d'Andrea Alciati.


 NICCOLA NESIOTA. 

Niccola Nesiotà da Chio venne in Italia, e quivi da Huomini dotti fù addottrinato nelle Lettere Latine, e nella Filosofia. Poeto in tutte e due Lingue, à con buona erudizione. Fù d'ingegno sagace nelle sue operazioni, e fiorì ne Secolo superiore. Dal Giraldi con queste parole è menzionato:

Est & Nicolaus Nesiota Chius, qui his diebus in Italia versatur ad capessendas cum nostris Latinas Litteras, & Philosophiam, qui utinam se plium magis ac religiosum, quam facit, omnibus ostentaret.

 NICCOLA PATRIARCA. 



Scrisse questo Niccola Patriarca del Digiuno ad Anastagio Sinaita, e fè molte Poesie à varie materie.

 NICCOLA RVMANNO. 

Fù Niccola Rumanno Scrittor Greco, e Latino, e di lui si leggono più Componimenti, tra'quali celebri van gl'Ipponattei greci, e gli Archilochij latini à Giovanni Schelam, mentovati dal Draudio.

 NICEFORO CALLISTO. 

Niceforo Callisto, cognominato Santopolo, scrisse in versi un Catalogo de' Santi Padri Greci della Chiesa Cristiana.

 NICENETO ABDERITA. 

Niceneto Abderita, ò pur come altri vuole, Samio, fù Poeta di chiaro nome, e da Partenio negli Erotici và nominato con l'occasiou della Favola di Bibli, e Cauno. Ateneo fa menzione degli Epigrammi, e dell'Indice delle Donne, e in un luogo anche scrive:

Nicanetus Versuum Scriptor Poëta indigena, & gentilitiam Historiam, ut plurimum secutus, corona ex Amerina salice, cuius hic incidit mentio, videtur sic meminisse.

In Vrbe nolo, ò Philothere, sed in agro
Degere, &c.

Nell'Antologia trovansi di Niceneto più Epigrammi. Il Giraldi dice di lui:

Fuit, & Nicanetus Abderites, Versificator egregius, cuius in Abdera descriptione meminit Athenaus in ultimo, qui eum indigenam Historiam ait composuisse, eiusq; ideo Epigramma in testimonium adducit, cum de corona viminea, qua Cares Populi usi dicuntur, multa in medium afferret. Meminit, & Poeta huius Parthenius in Eroticis, quo loco de Biblide, & de Canno agit, eiusque Versus aliquot citat, meminit idem & in Lyrici Phoronei Filio Fabula.

Ma il Vossio ne'Poeti narra:

Nicanetus Abderites, vel Samius, Poëta egregius, Athenaeo memoratur lib. xiij. ac xv. & Parthenio in Eroticis, Fabula de Biblide, & Canno; Item de Lyrici Phoronei Fabula. Lilius Gyraldus Dialogo III. de Poetarum Historia ait etiam reliquisse Historiam Indigenam, h. e. Abderiticam, vel Samiam. Quod Libris de Historicis Gracis refellimus.

NICERATO ERACLEOTA.

Visse Nicerato Eracleota ne'tempi di Lisandro, e poetò à emulazion d'Antimaco Colofonio, e scrisse la Lisandria, e per haver ottenuto in premio una Corona, Antimaco per isdegno lacerò'l suo Poema, siccome narra Plutarco nella Vita di Lisandro:

Quum Antimachus Colophonius, & Niceratus quidam Heracleotes carminibus Lysandria in honorem eius certarent, donavit Niceratum Corona: Eare Antimachus offensus, abolevit Poema.

Nell'Antologia leggesi di Nicerato quell'Epigramma, in cui dice, che'l Poeta bee dee Vino.

NICETA.

Di questo Niceta altra notizia non hassi, che quella, che trovasi in un Componimento d'Ammiano nell'Antologia:

Nicetes canens odarum est Apollo (idest, perdens)
Cum vero curat, illorum quos curat (est Apollo.)

NICIA.

Di Nicia Poeta leggonsi nell'Antologia più Componimenti, e di lui è quello fatto à un, che per haversi con tinta sempre adulterata la chioma, restò privo de' capelli.

NICOCARE ATENIESE.

Fù Nicocare di Patria Ateniese, e à imitazion del Padre, nominato Filonida, Poeta Comico, poetò anch'egli, e molte Favole compose. Visse Nicocare ne' tempi d'Aristofane. Nel Catalago d'Ateneo son notate di lui queste Favole: Amimone, Ercole Corago, Laconi, Lennie, Chirogastori. Polluce in molti luoghi, e principalmente nel Capitolo del Sartore, dice:

Et Thespis alicubi in Pentheo dicit, Putavit nervos habere amiculum. Contrarium autem videtur huic, quod est in Nicocharis Chorago Hercule, Fer nunc tunicam illico, & amiculum ad subveniendum huic rei.

Da Suida si fà menzione della Patria, del Padre, e dell'Opere di lui:

Nicochares, Philonidę Comici F. Atheniensis Comicus, aequalis Aristophanis Comici. Ex eius Fabulis sunt ista: Amymone, Pelops, Galatea, Hercules Vxorem ducens, vel, Sponsus, Hercules Choragus, Cretenses, Lacones, Lemnia, Centauri, Chirogastores.

Da Aristotele poi habbiam di Nicocare quest'altra notizia nella Poetica:

Similiter quoque, & qua circa sermones, & nuda carmina versantur. exempli gratia. Homerus praestantes effingit, Cleophon similes: Hegemon verò ille Thasius (qui primus parodias scripsit) nec non Nicocharis, qui deliadem, viles.

NICOCLE LACONE

Tra que'Poeti Comici, i quali fioriron ne'tempi di Aristofane, và nominato Nicocle, da Ateneo appellato Lacone:

Vt ait Nicocles Lacon.

Nel Catalago ancora del detto Ateneo leggesi un Opera intitolata Acarij; ma il Casaubono nelle considerazioni sopra Ateneo trovando difficultà non men nel Nome, che nell'Opera di questo Nicoclè, dice:

Py-

Pythienicen amasse Charephili salsamentarij Filios, probatur duplici testimonio Nicoclis Comici, ex Acariis, obscurus hic Poeta. Drama istud illud obscurissimum: menda codicis, opinor, non obscura. Suidas qui diligentissime Comices veteres ex Athenaeo commemeravit, & plerasque eorum Fabulas, Acarion non meminit, ac ne Poeta quidem huius nomen posuit. Athenaeus quoque neque Poëtam hunc, neque Fabulam hanc laudat alibi. Quid multa? Scribendum censeo, ... Timocles ex hoc Scriptore, & Suida, notissimus. Icarios autem illius, & noster citat aliquanto post, & Suidas agnoscit inter eius Fabulas; Anytus cuius in priore testimonio mentionem facit Nicocles, is videtur esse quem accusatio Socratis omnibus notum fecit.

NICOFRONE ATENIESE.

Nicofone, ò Nicofrone Figliuolo di Terone Ateniese fù Poeta, secondo Ateneo, dell'antica Commedia:

> *Quandoquidem vero id affectas, ut antiquitatem esse tibi gratam omnes putent, ò amicissime, & ipse nihil ais te loqui, quod dictione Atticum non sit, quidnam illud est quod Nicophon prisca Comœdia Poeta dixit:*

Fù ancora coetaneo d'Aristofane, e scrisse Commedie, delle quali si fà menzione nel Catalago d'Ateneo, e sono queste: Pandora, Sirene, Chirogastori. Polluce ancora in più luoghi suol servirsi dell'autorità delle Opere di Costui; mà in Suida altre Opere di lui si trovano:

> *Nicophron, Theronis F. Atheniensis Comicus, aequalis Aristophanis Comici. Ex Fabulis eius sunt & ista, ex inferis ascendens; Veneris Natales, Pandora, Enchirogastores, Sirenes.*

NICOMACO ALESSANDRINO.

Scrittor di Tragedie fù Nicomaco Alessandrino, del quale cita Suida XI. opere, e sono: Alessandro, Girioni, Alcidi, Iletiia, Neottolemo, Misi, Edipo, Polissena, Trilogia, Metecbenuse, Alcmeone:

> *Nicomachus Alexandrinus, Trojanæ Regionis, Tragicus. Scripsit Tragœdias XI. ex quibus sunt, & istæ, Alexander, sive Eriphyle, Gyriones, Aletides, Ilethyia, Neoptolemus, Mysi, Oedipus, Persis, seu Polyxena, Trilogia, Metecbanusa, Tyndareus, sive Alcmeon Teucer.*

NICOMACO ATENIESE.

Ne'tempi, ne' quali con chiara Fama fioriva Euripide per le sue Tragedie. Fiorì ancora Nicomaco Ateniese, Poeta Tragico, il quale compose l'Edipo. Di Costui si legge, che fortunatamente fosse restato Vincitore d'Euripide, e di Teogni, siccome scrive Suida:



> *Nicomachus Atheniensis Tragicus, qui præter omnium opinionem Euripidem, et Theognin vicit. Ex eius Fabulis est Oedipus.*

Il Vossio vuol, che ancora Sofocle restasse talora vinto da Nicomaco:



> *Nicomachus Atheniensis iisdem fuit temporibus. Vequi etiam Sophoclem, & Euripidem aliquando vicerit. Oedipo imprimis est celebratus.*

NICOMEDE.

Nell'Antologia si legge d'un Nicomede Poeta un Componimento composto artificiosamente ad Ippocrate. Vien questo Componimento anche attribuito à Basso Poeta. I Versi ritornano in dietro secondo l'ordine de le parole, e son portati dal Mazzoni nel primo Libro della Difesa di Dante.

 NICONE. 

Trovasi in Polluce, e in Ateneo citata di Nicone un' Opera con titolo di Citaredo.

 NICOSTRATO. 

Credesi, che intorno all'Olimpiade CII. vivuto fosse Nicostrato, il quale da Laerzio fù appellato Clitennestra:

Nicostrato enim, qui cognominabatur Clytemnestra, Poëta quiddam sibi Cratique recitanti, illoque in affectum commiserationis translato, hic ita perseveravit ac si non audivisset.



Portò Fama così grande nelle materie Comiche, che da Polluce fù posto insieme con Menandro, e amendue furon chiamati Maestri de' Comici:

Ut & Menander, Nicostratus tradunt Comicorum Magistri.

Van poi di Nicostrato registrate nel Catalago d'Ateneo le seguenti Opere: Servagiovane, Riamante, Scacciato, Rè, Calunniatore, Ecate, Ierofanta, Eliodo, Iocista, Letto, Cuoco, Legislatore, Pardroso, Compatriotti, Pluto, Siro, Falsa'mpronta. Dal Parrizi però XIIII. Favole son registrate, e chi osserva Ateneo chiaramente vede, che ingannossi il Componitor del detto Catalago; mentre l'Opera con titolo di Legislatore è di Menandro, e non di Nicostrato. Dice Ateneo.


Parasiti praeterea meminere Alexis in Oreste, Nicostratus in Pluto, Menander in Temulentia, & Legislatore.

Oltracciò lo stesso Autor del Catalago pone la stessa Opera in Menandro, citando il medesimo foglio.

 NICOSTRATO MACEDONIO. 



Il Vossio ne' Poeti, dopo haver favellato del mentovato Nicostrato, favella ancora di quest'altro Nicostrato, nominato Macedonio Orator famoso, del quale scrisse così il Giraldi prima del Vossio:

Nicostratum alterum Macedonem egregiam Oratorem describit Hermogenes Rhetor, quem delectatum scribit Fabulis non solum Æsopeis, sed & Dramaticis.

 NISI. 

Che Nisi composti havesse Epigrammi, trovasi nell'antiche Raunanze, e nel Giraldi con questa menzione del di lei Nome:

Erat & in Poëtriarum agmine Nysis, Agacle, & Theosebia, cuius adhuc in Medicos quadam extant Epigrammata.

 NONNO PANOPOLITA. 

Non volgar contenzione è tra gli Scrittori se Nonno Panopolita, Huom celebre in Letteratura, il quale scrisse in Versi eroici il Vangelo di San Giovanni, sia lo stesso Nonno Panopolita, che scrisse un Poema con titolo di Dionisiaca. Chi vuol che sien due, chi uno. Chi cita una sola Opera, chi due, chi più, dalle quali distinzioni può dirsi, che sia nato il contrastamento degli Eruditi. Molti han dato cominciamento alla contesa con la diffinizion del Nome, e molti con la considerazione delle Opere. Io senza far qui division di più Nonni, essendo da altri com-

compiutamente fatta, porrò a'Virtuosi quel tanto, che in varij Autori si trova.
Dice Suida, dove scrive delle None:

Sciendum autem, & Nonnum esse nomen proprium Viri, qui fuit Panopolita; Ægyptius, eloquentissimus, qui etiam virginem Theologum, scil. Ioannem Evangelistam, Versibus Heroicis est interpretatus.

Seguace di Suida fù il Volterrano, scrivendo:

Nonnus Panopolita Evangelium Joannis Græcis Hexametris conscripsit, ut Author Suidas.

Carlo Stefano camminar volle sù l'orme del Volterrano:

Nonnus Panopolita, Poeta egregius, qui carmine hexametro Joannis Evangelium scripsit. Volterran.

Il Possevino facendo menzione della detta Opera nella Bibliotheca, narra di quella alcuni Versi. Sisto Sanese però nella sua Biblioteca porta d'un sol Nonno Panopolita il Poema Dionisiaca, e'l Poema Evangelico di San Giovanni.

Nonnus Panapolitanus inter Græcos Christianorum Poetas præcipuus, cuius feruntur Dionysiacon Libri 48. heroice conscripti, Paraphrasin hexametris græcis carminibus in Joannis Evangelium composuit, quam nos Typis Aldi excussam legèmus.

Ma il Giraldi allo'ncontro va mentovando due Nonni. Il primo Scrittor del Vangelo, il secondo della Gigantomachia, e Dionisiaca:

Est, inquam, Panopolis Civitas Ægypti, in qua Dei ipsius Panis Simulacrum fuisse traditur virile membrum erectum habens ad septem usque digitos: Eius Vrbis Cives Panopolitæ, & Panopolitani dicuntur. Ex hac igitur Civitate duo Poetæ Christiani fuere, quorum prior Nonnus, alter Cyrus dictus est. Scripsit vero Nonnus virginis Theologi, idest, Ioannis Evangelium heroico Carmine, quod & extat, & legimus. Fuit & alter Nonnus ex eadem Panopoli, qui Gigantomachiam scripsit: Item Dionysiacon Libros duo de quinquaginta, ut sunt Homeri Rhapsodiæ; Opus Fabulis, & Historijs refertum, cuius & Agathias meminit in Historijs.

Non sarà fuor di proposito, che si metta in questo luogo quel Distico, che sotto nome d'incerto si legge nell'Antologia, fatto à Nonno:

Nonnus ego, Panos quidem mi Vrbs: In Ægypto vero
Ense cruento genua messui Gigantum.

Giovan Brodeo chiosando à parte à parte questi due Versi dice:

Is est qui divi Joannis Evangelium Græco Versu emisit. Sum Panopolitanus. Agathias. Quos inter & Nonnus ille ex Panos Vrbe Ægyptia oriundus Poeta in opere suo, quod Dionysia nuncupatur. In Ægypto. messui. Translatio a Messoribus stipulas falce desecantibus. Succisos, & necatos a Dijs Gigantes cecini.

E Vincenzo Ossopeo:

Nonnus hic est Poeta Panopolitanus, qui etiam divi Joannis Evangelium luculentissima Metaphrasi illustravit. Panos mea Civitas, idest mea Patria est Panopolis Civitas Ægypti. Vide Strabonem Libro decimoseptimo. Plinium Lib. quinto Cap. nono In Ægypto hasta cruenta semina, vel fœtus, vel proles Gigantum messui. Id est Bellum Gigantum descripsi.

Il Giraldi però, seguitando il sopranarrato discorso, accenna d'un sol Nonno l'opinione tenuta da Molti.

Non desunt tamen qui non in duos hoc nomine, sed unum eundem esse velint.

Il Vossio ne'Poeti è di parere, che Nonno fosse vivuto ne'tempi di Teodosio Imperadore, e cita di Nonno due Opere;

Eiusdem Imperatoris temporibus floruisse arbitror Nonnum Panapolitem, cuius Paraphrasin, & Dionysia habemus.

Tralasciar non si dee tra tante opinioni diverse la Pistola di Gerarto Falchenburgio à Giovan Sambuco, che trovasi nel principio del Poema Dionisiaca di Nonno, nella qual Pistola hassi tutto ciò, che à detta materia s'appartiene:

Non possum non vehementer laudare, Joannes Sambuce, tuam tam præclaram bene de literis merendi voluntatem. Nam cum Bibliothecam habeas maxima optimorum Librorum copia instructam, id unum agere videris, ut ex ea, quicquid studiosis bonarum Artium usui esse possit, benigne quotidie suppedites. Quæ quidem liberalitas tua tanto est magnificentior, quanto plures sunt, in Italia præsertim, & Gallia, qui, si qua ha-

habent veterum Codicum exemplaria, vel sibi ea, ut soli sapere videantur, reservant, vel non nisi carissime vendita Typis describi patiuntur. Quorum inhumanos, & perditos mores tantum abest, ut tu sequaris, ut non solum ea, quæ habes libentissime cum aliis communices, verum etiam amplissimis præmiis Typographos ad imprimendum invites. Norunt id cum alii rectis studiis dediti homines, tum illi in primis, qui Plantino nostro familiariter utuntur; Qui ita cupide, & frequenter tua erga se beneficia commemorat, ut nunquam omnino, quam cum de te loquitur, copiosior videri possit. Et si autem superioribus annis partim politissimis scriptis tuis, partim quibusdam melioris nota Authoribus, in lucem editis, hoc sis consecutus, nihil, ut amplius ad nominis tui celebritatem addi posse videatur; tamen hoc Nonni opus istiusmodi est, ut si prius notus non fuisses, non dico in vulgaribus te honorum gradibus collocare, sed facile in Cœlum ferre possit. Etenim cum hic Poeta sit victurus, donec liberaliores disciplinæ erunt in honore, efficiet, mihi crede, ipsius genius, ne tui beneficii memoria ullo unquam tempore obscuretur. Quare si gloriari poterat M. Cicero de invento a se Archimedis sepulchro, quod, ipse vepribus undique, & dumetis obductum Syracusanis ostenderat, multo tu rectius gloriari poteris, quod Poetam omnibus numeris absolutissimum primus Mortalium divulgaveris. Indicavit ille quidem hominis acutissimi ignoratum ab omnibus Civibus monumentum, ut dici posset, ibi Archimedem non alibi fuisse sepultum; sed multo maximum est tuum in nos promeritum, quod hunc nobis uberrimum latissimumque universæ eloquentiæ, & Poeseos fontem, tot annis frustra desideratum aperueris. Accidit, & hoc felici fato tuo, quod de huius Auctoris editione, qui e tua demum Bibliotheca in aspectum prodiit, alii jam pridem cogitaverint. Posteaquam enim patrum nostrorum memoria Angelus Politianus Nonnum Poetam mirificum appellasset, & citatis ex eo aliquot Versibus omnium excitasset desideria, non defuerunt, qui Dionysiaca per omnes Bibliothecas venarentur. Et primus quidem post Aldum Manutium, cui ea a Iano Lascare fuerant commendata, I. Oporinus ante annos XIII. exemplar ex Italia nactus, totum se ad excudendum accinxerat; Sed quamobrem nunquam inchoaverit, multis non esse obscurum arbitror. Ego quoque cum in Italia Iuris Civilis discendi caussa versarer, tanto Nonni amore flagrabam, ut nihilominus cogitarem; quam me sine ipso in patriam rediturum. Cuius quidem voluntatis meæ optimus esse testis poterit Nicolaus Stopius, Vir eximia virtute, & singulari doctrina præditus. qui Venetiis omnia mihi amicissimi hominis officia prolixe declaravit. Verum ut multis bonam fortuna spem fecit, ita tibi soli hanc laudem reservavit, ne scilicet alium haberet patronum Nonnus, quam illum, a quo tot tantique Scriptores æquissimis conditionibus fuissent manumissi. Cæterum, ut de Auctore ipso aliquid dicam, quando vixerit, equidem asseverare vix ausim, nisi forte is sit Nonnus, quem Nicephorus Callistus Ecclesiæ Edessenæ præfuisse scribit; ut idem videatur, cuius filius Sosenam iuvenem exigua admodum cum re, sed eruditissimum, Anastasio, & Pylameni diligenter Synesius commendavit, qui Theodosio rerum potiente floruit. Facit & Suidas cuiusdam Noni mentionem viri quidem doctissimi, sed minime diserti. Unde haud difficulter potest colligi, Nicephorum, & Suidam non de nostro loqui Nonno. Nam verbi divini præconem tam esse infantem posse, mihi verisimile non videtur, nisi fateamur Nonnum non Concionatorem, sed Præsidem tantum Ecclesiæ fuisse. Sed, ut quod sentio eloquar, hunc Poetam tempore Theodosii, aut non multo post vixisse arbitror: Tum quoniam illa ætas plerosque sophistico dicendi genere claros tulit, inter quos primi sunt & Coryphæi, Heliodorus ille, cuius extat Æthiopica Historia, & Synesius; tum quia Agathius, qui sub Iustiniano claruit, Nonni auctoritate utitur, ut recentioris. Qua de re liberum unicuique judicium relinquamus, & cogitemus, ita visum Deo, quemadmodum de Principe Poetarum Homeri Patria nihil unquam certi traditum fuit, ut Nonni nostri, qui proxime ad eius accessit naturam, vita esset obscurior, & semper inveniendi aliquid eruditis occasionem daret. Unum sane illud non mediocriter nos delectare poterit, quod patria Nonno fuerit Panos Ægypti Oppidum, quam Regionem Græcia ad percolenda omnibus bonis artibus ingenia Magistram habuit. Quod verum esse, si nihil aliud, vel hoc satis superque probat, quod prisci illi Græci, Plato, Pythagoras, Thales, Solon, Lycurgus, & cæteri, qui familiam in Philosophia ducebant, tanquam ad mercaturam Sapientiæ, & Doctrinæ in Ægyptum fuerint profecti. Neque silentio prætereundum existimavi, quod olim Ægyptii Viros, & Virgines pietate, & Vitæ sanctimonia insignes, Nonnos, & Nonnas appellaverint. Non enim obscure quis inde divinaverit nostro Poetæ propter sanctissimos, & innocentissimos mores illud nomen a suis popularibus fuisse inditum. Argumentum Operis lepidissimum est de

Bacchi

Bacchi Progenie, Miraculis, Peregrinationibus, Bello cum Deriade Indorum Rege, & alijs Trophais, & Triumphis, in quo & Dionysius se exercuit, cuius Bassarica à Stephano citantur. Tanta vero est in hoc Libro Orationis copia, & dulcedo, tanta rerum varietas, tam bene decorum ubique servatum, vix ut quicquam desiderari possit. Æschylum accepimus dicere solitum suas Tragœdias esse. . . . . sic huius Poeta ornamenta nihil esse aliud possumus dicere, quam luculentam Homerici Carminis Paraphrasin. Ita in universo Homeri corpore nihil pulchri est, nihil magnopere utile, quod hic noster non ingeniose fuerit æmulatus. Atque ego crediderim, si Homerus amissus esset, nec ulla extarent de imitatione præcepta, ea omnia, quæ in illo admirari solemus, ex hoc fonte hauriri posse, & restitui. Si autem verum est id, quod Vulgo dici solet, nos illorum mores, atque adeo animos induere, quibus cum familiariter versamur, quis hic non constituat quasi quandam . . . . & credat Nonnum Homeri animum, cuius Poema nunquam de manibus deposuit, assiduo lectionis usu lucrifecisse? Quis hoc non libenter fateatur, cum ita divinum illum Poetam ad imitandum sibi proposuerit, ut non quod cæteri facere solent, Pierides, sed homericas plerumque Musas invocet? Neque sane præsentiores alibi Deas reperire potuisset. Siquidem non tantum opes, & animum, sed & verba non nihil homericis grandiora cumulate illi subministrarunt, & suggesserunt. Sunt hic, fateor, per multa quæ Critici in dubium vocabunt, & contendent in tragico esse, quam epico tolerabiliora: Quæ ut sophistico Sæculo ab illis condonari possunt; Ita mihi Orationis æqualitas, & similitudo admirabilis sonantium Verborum, & Epithetorum sesquipedalium elegantia, & jucunditate perfusa mirum in modum placet; Adeo ut quod illi forsan vitio vertēt, ego in minime vulgari laude ponam. Nam hæc grandis, & elata Nonni Compositio tam ubique sibi constat, tam dilucida, tamque suavis est, ut nullo labore conquisita, & sua sponte fusa videatur. Quod cum alij olim, qui illa ingenij dexteritate, quæ ad hanc rem requiritur carebant, labore, diligentia, & vigilijs assequi conarentur, accidit, ut illorum in sublimi eloquendi genere scripta industriam magis, & curam, quam Naturam redolerent, ideoque in varias reprehensiones incurrerent. Neque vero hoc solum Natura Duce, Comite Doctrina Nonnus fuit consecutus, ut in hoc haud quaquam fucato eloquentiæ splendore excelluerit: sed etiam non mediocri significantissimorum verborum, & epithetorum numero linguam Græcam auxit, ne quid interim de illis versibus dicam, qui iure optimo proverbiorum vice usurpari poterunt. Quæ cum ita se habeant, optarim severiores illos æstimatores, antequam judicium de hoc Auctore faciant, bis terve universum opus legere, & relegere. Multa videbuntur prima fronte absurda, plura perperam deterta, plurima, tamquam indigna Poesi, reijcienda, quæ diligenti habita inquisitione, Nonno præcipuum a nobis amorem conciliat, eumque excelso, atque eminenti loco statuunt. Hoc mihi evenisse negare non possum: neque dubito quin idem accidere possit alijs studio, & voluntate a Musis non abhorrentibus. Hortor igitur Græcæ Linguæ Studiosos ne ita se affectibus rapi patiantur, ut hunc Auctorem visum quidem, sed incognitum damnent, quæ peste in re literaria nulla perniciosior excogitari potest. Hinc fit, ut & recte dicta calumniemus, & callida, & inepta aliorum argumenta, opinione, & favere ducti, pro veris etiam inviti sæpe defendomus. Vnde non sine magno animi mei dolore recordari possum, complures non tinctos, sed probe literis imbutos eò dementiæ progredi, ut & a Libris, quos nunquam inspexerunt abhorreant, nonnullorum falsem auctoritate impulsi, qui apud Vulgus videri quam esse docti malunt. Quibus equidem non invideo, modò ne moleste ferant, nos liberalissimam animi remissionem, e Dionysiacis petere. Cœpi autem ego Nonnum mirabiliter diligere, & suspicere, cum primum Evangelica Historia, Sancti Joannis conversionem ipsius accurate perlegissem. Quam propter religiosam, & ad rem accomodatam dictionis majestatem plurimi semper feci; nam quando antea vix fieri posse putabam, ut tam sublimem materiam numerosa caperet oratio, id ita omnibus suis partibus perfectum expletumque in illo carmine animaverti, ut sæpe unum Nonni malim epitheton, quam prolixa aliorum Commentaria. Sed mirari satis nequeo, reperiri quosdam, qui negent Dionysiaca, & Evangelicam illam Paraphrasin eiusdem esse Nonni, quot quid moveat, equidem ignoro, nisi existiment unum Hominem in tam dissimilibus argumentis elaborare non potuisse; quod quam probabiliter dici possit, ipsi viderint. Carminis sane eadem est in Paraphrasi ratio, quæ in Dionysiacis, epitheta eadem, filum Orationis idem usque adeo, ut emistichia, & integri Versus hinc in illam deriventur, quos suis locis indicavimus. Si verò hoc satis non est, sufficiat Suidæ auctoritas, qui disertis verbis tradit, Paraphrasin à Nonno Panopolite fuisse confectam, quem Dionysiaca scrip-


scripsisse Agathias testatur, & vetus illud Distichon, quod vel ab ipso Nonno, vel alio ipsius per quam studioso Dionysiacis olim præfixum fuit. Neque enim amplius sunt audiendi, qui aliam ex eo Nonni Gigantomachiam commenti fuerunt, cum ipse in Dionysiacis Indos Gigantes appellet. Dicat nunc aliquis a Musis aversus, Quid proderunt mihi Dionysiaca, non absimilia veris Luciani narrationibus, in quibus nihil veri, sed fabulosa sunt omnia? malo historiæ guttam, quam fabularum Oceanum. Cui, cum jam a doctissimis quibusque abunde sit demonstratum, quid sub fabularum involucris lateat, cantilenam eandem canere nolo. Verumtamen si quisquam est inter Græcis literis eruditos tam animo agresti, ac duro, cui hæc leviora studia . . . . . videantur, illum certo non solum pigeat, verum etiam pudeat stultitiæ, & inscientiæ suæ. Ad me quod attinet equidem solide gaudeo, hujus præsertim infelicis belli tempore, quo nulla mihi iura sapiunt, hunc auctorem oblatum ad recolenda illa studia, quorum ab adolescentia cupidissimus fui. Inque ut libentissime acquievi, ita uberrimos mei laboris fructus cepi. Primum enim per amœnissimos omnium fabulorum labyrinthos, me ad Liberum patrem deduxit, ejusque res gestas, tanquam in tabula depictas, ita oculis meis subiecit, ut animum contemplando ne nunc quidem explere possim. Deum immortalem! quanta hic consiliorum, occasionum, & eventuum varietas? quam elegantes locorum descriptiones? quot ritus, & consuetudines? Animi vero motus, omniaque communis Vitæ officia ita decore hic exprimuntur, ut humanos & amabiles Scriptoris mores liceat agnoscere. Quid hic reliquas digressiones, quas . . . . . . vocant Græci, enumerem, ex quibus non exigua utilitas ad Philosophos, Oratores, & Historicos dimanabit? Est hic, in quo se Astrologi exercere possint, neque deest quod oblectet Medicos, habent & quod venerentur Jurisconsulti nostri. Adde quod hic multa videre liceat, quæ apud alios non tantum non sunt obvia, sed nusquam in libris impressis reperiuntur. Ad Ovidij quoque Metamorphosin illustrandam, cæterorumque Græcorum, & Latinorũ Poetarum explicationem non parum Nõnus adiumenti attulerit. Iuvabit interdum floridiora quædam loca conferre, & quod uni deest ex altero supplere. Quæ collatio quantum conducat ad utriusque linguæ cognitionem parandam, illi intelligunt, qui Virgilio interprete Homerum familiarem sibi fecerunt. Postremo idest in hoc inexhausto omnium bonorum thesauro singulare, ut si vel centies studiosè diligenterque illum evolueris, & excusseris, semper aliquid appertet novi, semper aliquid moneat quod nescieris, semper incredibili animum voluptate pascat. Quare summopere est deplorandum, esse in hoc Libro quædam, & temporum vitio, & Librarij incuria, qui sæpius alio dictante scripsisse videtur, minus integra, & depravata; Quorum tamen maxima pars ejusmodi est, ut conjectura aleam non gravate admittere videatur. Ne vero fidem quis in nobis, & candorem requireret nihil mutavi, & operam dedi, ut tuum exemplar, quo solo usi fuimus, diligentissime exprimeretur. Idem in Aristæneto, & Eunapio fuit observatum: Idem in Ioannis Stobæi physicis tuis curabitur propediem; neque negligetur in Illustrie itidem tuo, qua cum Hadriani Junij V. C. conversione latina quotidie expectamus. Hanc rationem si omnes Typographi sequerentur, neque quorumvis emendationes infarcirent, multo facilius cum veteribus auctoribus in gratiam rediremus. Dici enim vix potest, quoties nostrum nos fallat judicium, cum sæpe illa, quæ heri pro Oraculis habuerimus, repudiemus, & nihil faciamus hodie. Quocirca non male illum olim judicasse arbitror, qui interrogatus quodnam Homeri exemplar omnium esset optimum, respondit id quod minime est correctum. Quod si unquam verum fuit, nunc in dies verissimum experimur, quando plerique tantum sibi sumunt, ut in veterum scriptis non aliter ac suis quidvis sibi licere putent. Hanc ob causam, & si viderem in tuo Archetypo plura vulnera, quæ vel mediocriter græce doctus sanare posset; Malui tamen seorsum meas quasdam de locis suspectis annotare conjecturas, & lectiones, quam quæ mihi temere fortasse in mẽtem venerunt, passim in contextum, ut vocant, inserere. Volui autem hoc labore illis tantum prodesse, quia Libris mendosis plane abstinere solent, ut habeant a me saltem aliquid, quod ad Nonnum intelligendum faciat, quam voluntatem meam spero Lectores in optimam partem accepturos, quoad prodeant alij, qui ex vetustiorum Codicum fide loca vacua suppleant, & mutila laceraque restituant. Quam palmam, nemo ut opinor, præripiet Carolo Utenhovio Caroli præstantissimi Viri Filio, cujus acerrimum ingenium multorum mihi sermone Lutetiæ cognitum, in Anglia annis ab hinc amplius quinque, non sine maxima voluptate me perspexisse memini. Ille enim ante tot annos vertere Nonnum cœpit ut credibile sit interea multas illum paginas pervolutando manibus contrivisse: Neque video quis melius latine Nonnum reddere possit,

quam

quam ille, qui & in Poetarum omnium scriptis assiduissime fuit versatus, & plura huius Libri habuit exemplaria. Expectabant idcirco docti non tantum latinam ab illo interpretationem, sed etiam auctorem ipsum ab omnibus mendis vindicatum. Atque utinam suam tam cito proferat, quam avide hactenus a quam plurimis fuerunt expetita, memor veteris proverbij: Bis dat qui cito dat. Lectiones vero, & coniecturas meas, Joannes Sambuce, visum fuit tibi potissimum quasi tacito fœnoris nomine, quamdiu Nonno caruisti debitas, dedicare; Tum ut aditum ad tuam mihi amicitiam aperiant, tum ut animi erga te mei gratitudinem publicè testatam relinquant. Quem laborem meum si tibi non displicuisse intellexero, fructum amplissimum videbor consecutus, & ad majora posthac alacrius accedam. Vale.

IN NONNVM GVGLIEL. CANTERVS.

Olim Peliden Laertiadenque vagantem
Mæonides Graij maxima rixa fori:
Nuper Nonniacus Bacchi furor Orgia, & arma
Ad Nili rapidus flumina detonuit.
Si geminum fixa contendas mente Poema:
Illa Homines dicas, hac cecinisse Deos.

 NOSSI. 

Fù così eccellente nella Lirica Poesia Nossi Poetessa, che da Antipatro Tessalo in uno Epigramma è celebrata tra'l numero d'altre Poetesse illustri:


Has divinis linguis Helicon nutrivit Mulieres
Hymnis, & Macedon Pieriæ scopulus,
Prexillam, Myro, Anytæ os, fœminam Homerum,
Lesbidum Sappho ornamentum capillatarum.
Erinnam Telesillam nobilem, eteque Corinna
Strenuum Palladis scutum quæ cecinit.
Nossidem muliebri lingua, & dulcisonam Myrtin:
Omnes immortalium operatrices librorum.
Novem quidem Musas magnum Cœlum: novem vero illas
Terra genuit hominibus immortalem lætitiam.

Di Nossi leggesi nell'Antologia un Epigramma composto à Rintone.

 NOTIPPO. 

Di Notippo Tragico Poeta hassi questa memoria in Ateneo:

De Tragico Nothippo ita scripsit in Fatis Hermippus:
Hac etate strenuum bello si foret hominum genus,
Exercitumque duceret assa magna Raja,
Cum suis lateribus, domum quidem alios custodire
Oportet, Nothippum vero militem cum exercitu voluntarium
Mittere is enim solus Peloponnesum totam abligurierit.
Eum Poetam fuisse liquido monstrat Teleclides in Hesiodis.

 NVMENIO ERACLEOTA. 


Scrive Ateneo, che Numenio Eracleota sia stato Discepolo di Dieuchi Medico:

Tum etiam Numenius Heracleotes, Dieuchis Medici Discipulus.

Fù Costui Poeta, e compose un Poema de'Pesci con titolo di Alieutica, che allo spesso vien dal detto Ateneo citato. Dal Patrizi è posto nel quinto Secolo de Poeti.





O

 ODONE SEVERO. 





EGNO d'eterna ricordanza sarà sempre Odone Severo, nato in Inghilterra; ma d'antico sangue Danese. Egli ancorche giovane à celeste lume aprendo occhi, volle esser Cristiano contro la volontà de'Genitori, ch'eran Pagani, da'quali abbandonato, trovò ricovero nella Regia d'Edovardo, dove da Etelono fù fatto educar nelle Lettere. La chiarezza della sua Nascita fù agguagliata alla chiarezza dello'ngegno, perche in brieve tempo divenne Oratore, Poeta Greco, e Latino, Filosofo, e Teologo. Vestito abito ecclesiastico, e caro primamente al Re Edovardo, e poscia al di lui Successore Atelstano, fù onorato della Degnità Vescovile, nella quale visse con grandissima venerazione. Scrisse molte Pistole, un libro d'Eucaristia, alcuni Poemi, Vita di S. Vuilfrido, e altre Opere. Morì del 559. Leggesi nel Libro degli Scrittori Illustri Inghilesi di Giovan Pitseo questa memoria di lui.

Odo Severus ex Danico sanguine oriundus, in Orientali Anglia natus, Parentes habuit Paganos, qui videntes eum conventus Christianorum frequentantem, in adolescentia penitus illum deserverunt. Is autem Aulam Eduvardi Regis Senioris petijt, ubi ab Etheluno Duce susceptus, optimis Praeceptoribus erudiendus traditur. Qui cum indolis esset egregia, brevi temporis spacio multum in bonis Litteris profecit, & tum Latinã, tum Gracam Linguam ita accurate didicit, ut in utraq; Versu, & Oratione soluta scriberet. Suscepto tandem Baptismo, successu temporis fit Clericus, & in dies Eduvardo Regi propter eximiam pietatem, ingenij fœlicitatem, & singularem Doctrinam charior factus. Rege demum mortuo, in summa apud Athelstanum Regni Successorem gratia esse cœpit, a quo primum ad Episcopatum Shiburnensem, deinde ad Archiepiscopatum Cantuariensem sublimatus est. Quod autem ad rem litterariã attinet, postquam Ordinem S. Benedicti ingressus est, scripsit ad Monachos Floriacenses in Gallia Pro Nepote suo Osuvaldo Librum unum. Pro reali prasentia Corporis Christi in Eucharistia Librum unum. De Vita S. Vuilfridi Librum unum. Statutorum Synodalium Librum unum. Epistolarum Librum unum. In quibus una est ad suos Suffraganeos. Mirabili, extat apud Guilhelmum Malmesberiensem. Diversorum Poematum Librum unum. Et alia plurima. Cantuaria mortuus, & sepultus est anno Domini 959. sub magnificentissimo Rege Edgaro.

 OFELIONE. 

Ofelione hebbe Nome un'antico Poeta Comico, di cui fà menzione Ateneo. Le Commedie da lui composte, e à noi pervenute à notizia sono: Deucalione, Centauro, Satiri, Callestro, Muse, Monotropi.

 OLENO LICIO. 

Non sò, se più con titolo di Profeta, d'Augure, ò di Poeta appellarsi possa Oleno, antichissimo, tra'Greci. Chi chiamollo il primo, e chi'l secondo Poeta Greco; ma credesi però, che la maggioranza sù gli altri havuto habbia dal compor Inni, i quali serviron poscia d'esempio à molti Poeti; onde Pausania:

Ly-

Lycius vero Olen, qui antiquissimos Græcis fecit Hymnos, in Lucinæ Hymno, matrem esse Cupidinis Lucinam ipsam dicit. Et qui post Olenem Carmina fecerunt, Pamphus, & Orpheus, de Cupidine uterque nonnulla versibus mandarunt suis, quæ Lycomedi initijs celebrandis cantarentur.

E in altro luogo favellando degl' Iperborei.

Esse Hyperboreos ipsos gentē supra Aquilones, primus certè versibus mandavit Olen Lycius in Hymno, quem in Achajan fecit: venisse Delum ex Hyperboreis Achajan. Post Olenem canticum Melanopus Cumanus in Opin, & Hecaergen decantavit, quo & ipsas testatus est prius in Achajam, & Delum ab Hyperboreis venisse.

E dove scrive di Femonoe, e di Beò, e d'Oracoli, e di Vaticinij, dice;

Maxima vero fuit nominis celebritate Phemonoe, ut quæ Dei Interpres prima fuerit, prima etiam senarijs longioribus Oracula decantarit. Boeò tamen indigena mulier Delphis Hymno composito advenas ab Hyperboreis profectos Oraculum Apollini dedicasse tradidit cum alios, tum Olena, qui primus vaticinatus eo in loco fuerit, primusque Senarios longiores repererit. Hi sunt, quos Boeò fecit Versus.

Hic posuere tibi Juvenes penetralia Phœbe,
Olim ab Hyperboreis Pagasusque, & dius Agyjeus.

Enumeratis alijs Hyperboreis, in ipso Hymni fine Olena nominavit:

Atque Olen, primus cecinit, qui Oracula Phœbi,
Et veterum primus modulari carmina cœpit.

Il Pattizi pur citando Beò scrive, che Oleno havesse havuto contenzione con Femonoe intorno al poetare, e profetare:

Ma ritornando ad Oleno, il quale per lo detto di Beò, con Femonèo contese di prioranza, così della Profezia, come della Poesia, fù in conformità affermato da Callimaco nel suo Poema intitolato Delo, e per Profeta, e per Poeta primo con Versi di questa sentenza:

Olen, qui fuerat primus, Phœbique Sacerdos
Primus, & antiqui Versus modulamina fecit.

Il Vossio, seguendo le vestigie di molti Autori, chiamò Oleno Componitor d'Inni.

Olen etiam inter Hymnographos fuit.


Ma Suida, portando i varij Nomi, co'quali Oleno fù nominato, porta ancora, che fosse stato Poeta Eroico;

Olen Dymæus, vel Hyperboreus, vel Lycius, Heroicus Poeta, sed potius est Lycius Xanthius, ut Callimachus indicat, & Polyhistor in Historia Lycia.

Trovansi d'Oleno menzionati tre Inni: Vno à Giunone, un'altro à Lucina, e un'altro ad Acheja.



OLIMPO.



Io leggo negli Scrittori più Olimpi; ma due principalmente, e tutt'e due menzionati da Plutarco nel Libro della Musica:

Nunc Olympum ajunt unum fuisse eorum, qui descenderunt à primo Olympo Marsiæ Discipulo.

Suida dopo haver parlato del primo Olimpo, dice:

Olympus Phryx, Junior, Tibicen, qui fuit temporibus Midæ, Gordij Filij.

Di quell'Olimpo qui favellar si dee, che fù non men buon Poeta Melico, ed Elegiaco, che Suonator eccellente appellato, e Principe della Musica detta Crumatica. Fù Costui per antichità famoso, Discepolo di Marsia, e di Marsia Amasio, di cui narra Suida:

Olympus Mysus, Tibicen, & Poeta Melicus. & Elegiacus, Princepsque fuit Musicæ Crumaticæ, quæ pulsatione constat, & quæ peragitur per Tibias, Discipulus, & Amasius Marsyæ qui genere fuit Satyrus, Auditor vero, & Filius Hyagnidis. Fuit autem ante Bellum Trojanum Olympus, à quo etiam Mysiæ mons Nomen habet.

Leggesi tra gl'Inventori delle Tibie annoverato, secondo Strabone:

Jam Silenum, Marsyam, & Olympum coniungentes eosque Tibiarum Inventores facientes, rursum Bacchi, & Phrygiæ Deæ res in unum confundunt.

In Plutarco trovasi Componitor d'Idei Dattili nel Libro della Musica;

Alexander in Collectaneis de Phrygia, primum Olympum asserit in Graciam pulsationem fidium intulisse, deinde Ideos Dactilos.

E in altro luogo de'Nomi armonici.

Is enim cum Amasius fuisset Marsya, & ab eo artem Tibia canendi didicisset, harmonicos Nomos in Graciam intulit; quibus nunc Graci utuntur in Ferijs Deorum.

E appresso seguitando il Discorso intorno all'Invenzioni d'Olimpo, dice:

Harmatium autem Nomum, cui à curru nomen videtur esse, dicitur primus fecisse Olympus, Marsya Discipulus.

E finalmente per compier le lodi di sì grand'Huomo:


Videtur autem Olympus cum auxisset Musicam, nondum natam, ignoratamque adhuc rem introduxisse, Princepsque fuisse Graca, & pulchra Musices.

Ma però lasciar non si dee quel che il mentovato Plutarco accenna in altro luogo:

Non enim Marsya, aut Olympi, aut Hyagnidis, ut putant quidam, inventum Tibia, neque sola Cithara Apollinis est; sed idem Deus, & Cithara, & Tibia cantum invenit.

Narrasi, che dal di lui Nome ricevuto havesse il Nome il Monte Olimpo, e che l'Opere d'un'Olimpo fossero state spesse fiate attribuite all'altro Olimpo. Da Platone è nominato insieme con Orfeo:

At qui nec in tibiarum flatu, ut arbitror, nec in pulsu citharæ, nec in illo ad citharam cantu, neque in Rhapsodia virum intuitus es, qui Olympi Opera, vel Thamyra, vel Orphei, aut Ithacensis Phemij Rhapsodi exprimere possit.

 OMERO. 

Omero gran Principe de'Poeti Greci, gran materia di contese hà dato à molti Popoli, pretendendolo ciascun d'essi suo Cittadino, e à gli Scrittori di difendere, ò le propie passioni, ò l'altrui opinioni; onde Pausania dopo haver favellato alquanto di lui, hebbe à dire:

Hac nos de Homero partim audivimus, partim etiam ex Oraculis quibusdam collegimus; nihil omnino, quod de eius, vel Patria, vel Ætate scribamus, certi ex nobis ipsis habentes.

Ma per dar cominciamento alla varietà delle Patrie portate da gli Autori, dirò primamente con Plutarco, che da Pindaro venne appellato ora Chio, ora Smirneo, da Simonide Chio, da Antimaco, e da Nicandro Colofonio, da Aristotele Iese, da Eforo Storico Cumeo, da Aristarco, e da Dionigi Tracio Ateniese, e finalmente da altri Salamino, da altri Argivo. Dice Plutarco:

Homerum ergo Pindarus, & Chium, & Smyrnaum fuisse ait: Chium Simonides, Antimachus, & Nicander Colophonium: Aristoteles, autem Philosophus Iensem, Ephorus Historicus Cumaum. Quidam Salaminæ Cypri Vrbe ortundum dicere non dubitarunt, Argivum alij, Aristarchus, & Dionysius Thrax Atheniensem.

Degnissimo Epigramma è quello d'Antipatro fatto à questa contenzione:

Sunt Colophona tibi Patriam qui dentur Homere,
Sunt & qui Smyrnam, quique fuisse Chium.
Quidam & Jon dicunt: Alij Salamina beatam.
Ast alij Lapithas qua tulit Æmoniam:
Diversi diversa ferunt Oracula Phœbi;
Quod si jam pleno mi licet ore loqui,
Omnipotens Cœlum est tibi Patria nec mulier te
Mortalis peperit, sed Dea Calliope.

E di Girolamo Carera Lusitano leggesi appresso Leone Allacci nel Libro della Patria d'Omero:

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athena,
Orbis de Patria certat Homere tua.

Del Sanazaro similmente:

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athena

Cedi-

Cedite; jam Cœlum Patria Mæonidæ est.

Cicerone poi dove parlò d'Archia, lasciò scritto:

Homerum Colophonij Civem esse dicunt suum: Chij suum vendicant. Salaminij repetunt: Smyrnæi vero suum esse confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicaverūt. Permultò alij præterea pugnant inter se, atque contendunt.

Ma in Suida trovasi maggior numero di contenzioni in questa materia:

Nam alij quidam dixerunt illum fuisse Smyrnæum, alij Chium, alij Colophonium, alij Cumanum, alij Trojanum, ex agro Cenchreorum, alij Lidum, alij Atheniensem, alij Ithacensem, alij Cyprium. alij Salaminium, alij Gnossium, alij Mycenæum, alij Ægyptium, alij Thessalum, alij Italum, alij Lucanum, alij Gryinum, alij Romanum, alij Rhodium.

Lasciar però non si dee quel che leggesi nel Libro della vera Storia di Luciano, in cui hassi Omero di Patria Babilonese:

Nam quidam Chium, alij Smyrnæum, nonnulli Colophonium arbitrantur. Ipse vero se Babylonium esse ajebat, & a suis Civibus non homerum, sed Tigranem vocari.

Ma Leone Allacci dopo haver impugnato con varij argomenti, conchiude così:

Ergo Homerus Babylonius est, dum memoria prædatur in hoc Libro a Luciano Mendacium est: non est verum: non fuit, non potuit esse: Lucianus mentitur, nulla ei fides adhibenda.

Chi brama poi maggior contezza intorno alla Patria d'Omero, legger può il detto Libro di Leone Allacci. in cui trovansi raunate l'opinioni quasi tutte degli Scrittori. Ma passando dalle contese della Patria à quelle de'Genitori: Dice Plutarco:

Filius à nonnullis dicitur Mæonis, & Critheidis: Ab alijs, Meletis fluvij.

Luciano nell'Encòmio di Demostene, aggiugnendo altre novità, scrive:

Patrem autem Mæonem Lydum, vel Fluviū, et Matrem Melanopen aiunt, aut Nympham aliquam ex Dryadibus, siquidem humanum genus ignoratur.

Pausania nella Beotica ancor egli narra:

Monstrant Ietæ in Insula Homeri sepulchrum, & seorsum Clymenes; Homeri Clymenen Matrem fuisse dictitantes. Cyprij vero (nam & hi sibi Homerum vindicant) Themistò indigenam fœminam Homeri fuisse Matrem dicunt; Euclum vero de ipsius ortu hisce Versibus fuisse vaticinatum.

Fluctisona in Cypro tunc Vatem dia Themistò
Altiloquum pariet Ditis Salaminos in agris.
Post habita hic Cypro, longè provectus in altum,
Grajugenum terras lustrabit, carmine savos
Heroum casus, & tristia funera dicens;
Nec senium metuet, nec inexorabile Fatum.

Suida più ampiamente scrivendo, volle anche portar d'Omero il Legnaggio:

Homerus Poëta, Meletis fluvij Smyrnæi, & Critheidos, vel ut alij, Apollinis, & Calliopes Musæ Filius. Vel, ut Charax Historicus, Maronis, aut Mitiæ, & Eumetidis Matris. Vt alij, Filius Telemachi, Vlyssis, & Polycastæ Nestoris Filiæ. Hic autem est generis illius ordo secundum Characem Historicum, Æthusæ Thraciæ mulieris Filius fuit Linus, huius, Pierus, hujus, Oeagrus, hujus, Orpheus, hujus, Dres, hujus, Euclees, hujus, Iamonides, hujus, Philoterpus, huius, Euphemus, hujus, Epiphrades, hujus, Melanopus, hujus, Apelles, hujus Mæon, qui cum Amazonibus Smyrnam venit, & ducta Vxore Eumetide, Evepis Mnesigenis Filij Filia, procreavit Homerum.

Giovanni Spondano però ne'Prolegomeni in Omero stima il luogo di Suida corrotto:

Sed locus Suidæ, aut tumultuariè, & raptim scriptus est, aut omnino corruptus. Nam initio præmiserat ex eodem Charace Homerum Maronis, aut Mitiæ, & Eumetidis matris esse Filium. Quæ ego tam subitò discrepantia non concoquo, nisi ubique sit legendum Mæon: unde etiam dictus est Mæonides.

Da Plutarco poi si cava, che Omero da un vergognoso incesto fosse nato:

Jam Ephorus Cumæus in Libro, quem de Cumæis Rebus inscripsit, hoc agens, ut eum gentilem suum fuisse ostendat: Atellem, Mæonem, & Dium Fratres, Cumæ oriundos perhibet fuisse. Ex his Dium æris alieni causa Ascram, qui est Bœotiæ Pagus, commigrasse: Ibique Pycimeda Vxore ducta, Hesiodum procreasse. Atellem Crithei-

dis

dis Filia sua tutela Mæoni mandata, in Patria mortem cum vita commutasse. Ab hoc Avunculo vitiatam Puellam, ab eodemque, Civium ob perpetratum facinus damnationem metuente, Phemio Smyrnæ litteras docenti nuptum traditam. Porro eam cum ad lavacra quæ propter amnem Meletem sunt, deambularet: Partu Homerum edidisse, iuxta ipsum amnem: Inde Melesigenem Filium appellatum.

Porta anche lo stesso Plutarco, servendosi dell'autorità d'Aristotele, che una Fanciulla ingravidata da un certo Genio, ò Nume, c'havea pratica con le Muse per fuggir l'infamia andasse in Egina, e quivi predata, e poi condotta à Smirna, fosse donata à Meone, il quale innamoratosi della di lei bellezza per Isposa la volle, e partorendo poi sù'l fiume Melete Omero, venne dal detto Meone allevato, e la Madre subito morì:

Aristoteles tertio de Poetica scribit in Insula Jo, quo tempore Neleus Codri Filius Coloniam in Joniam ducendam præfuit, Puellam indigenam, a Genio quodam ex eorum numero, qui cum Musis Choros ducunt, compressam, cum intumescente utero facti pudore moveretur devenisse in quendam locum, cui Nomen est Ægina. Ibi à Prædonibus, qui eò excursionem fecissent, captam, Smyrnamque adductam ab his, Lydorum (sub his enim tunc erat Smyrna) Regi Mæoni Socio suo dono datam: Ab hocque pulcritudinis causa in matrimonium eam adscitam. Hanc cum ad Meletem fluvium commoraretur, Partus doloribus circumventa, ad ipsum fluvium peperisse Homerum, statimque expirasse. Infantem a Mæone susceptum, Filijque loco enutritum.

Il mentovato Spondano ne'detti Prolegomeni per le cause narrate da Plutarco similmente scrive:

Ista Plutarchus, ex quibus Homerum, aut ex incestuoso concubitu, aut ex Dæmone genitum colligimus.

Ma dopo haver quistionato intorno alla generazion de'Demoni, soggiugne:

Nolo ergo, Homero hunc Parentem tribui, nisi quatenus hinc illius ingenij divinitas, quæ ad hæc confingenda homines induxit, colligitur.

Ma Leone Allacci nel Libro della Patria d'Omero così risponde allo Spondano:

